1370

234-914 N 117

Lo Rey en Pere de bona memoria concedi privilegi als homens y balla de Rodes terra de Conflent

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum valentie maioricarum
Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et
Ceritanie. notum fieri volumus universis quibus et futu-
ris quod cum viccarius Confluentis assereret ad se et viccariam
nostram pertinere cognitionem quorumcumque criminum seu delicto-
rum commissorum in villa seu castro de Rodesio et terminis
et adiacentiis baiulie seu districtus eiusdem et merum
imperium in eadem et de cognitione exercitii jurisdictionis
et mixti imperii in predictis esse et fuisse in possessione
a tanto tempore citra de quo memoria hominum in con-
trarium non extabat. Et contrarium baiulus noster dicti castri de
Rodesio et Consules eiusdem contrarium asserentes dicerent
cognitionem punitionem et correctionem criminum quorumcumque
seu etiam delictorum commissorum in dicto castro et terminis
seu adiacentiis ipsius ac baiulie seu districtus eiusdem ad ipsum
baiulum nostrum et non ad viccarium pertinere. Et in dicto cas-
tro et baiulia eiusdem habere ut baiulum nostrum merum
et mixtum imperium et omnem jurisdictionem altam et baxiam
et in possessione exercendi predicta in dicto castro et baiulia
eiusdem esse et fuisse a tanto tempore citra quod hominum memo-
ria in contrarium non existat in contrarium quoquomodo. Et de predictis
suborta esset questionis materia inter eos gubernatorque
comitatuum Rossilionis et Ceritanie volens questionem predic-
tam fine debito terminari commisisset et mandasset
Bernardo Laucie scriptori ville franche Confluentis et Gensel
mo Ferrioli scriptori dicti castri de Rodesio quod testes quos qui-
libet dictarum partium producere vellent reciperent et exami-
narent. Et illis receptis eorumque copiam ad dictum gubernato-
rem clausam sub sigillis transmitterent eorumque ipsius
commissarii fecissent et complevissent quod et prout a dic-
to Gubernatore habuerant in mandatis. Contingit quod ad
supplicationem dictorum baiuli et consulum de Rodesio processus
inde factus fuit emissus ad nostram curiam sub sigillo Guberna-
toris predicti quod recognosci fecimus et nostra audientia
et discenti diligenter audita sequide relatione de meritis
processus eiusdem attendentes quod castrum de Rodesio tamen
districtu et baiulia dicti castri sine aliquo medio ad nos
spectat. attendentes etiam maxime quod baiulus dicti castri est
pro nobis, ibidem continue et destinatur per nos quod nec
nec volentes occurrere quadrigis dicti baiuli omnibus fuit pa

2

Jurisdictioni predicti. Licet vicarius predictus est usus
fuit in castro predicto et eius districtu meri imperii et
cognitione criminum seu delictorum ibidem commissorum in eorum
baiulis in processu predicto. et per consequens videatur per me[illegible]
dicti processus quilibet dictorum vicariorum et baiuli
in possessione jurisdictionis predicte et meri imperii fuisse propter
terram predictam. Consideratis necnon attento quod alii baiuli lo-
corum regionum vel maior pars eorundem in dicta terra con-
fluentis exercent et ut consueverunt dicto mero imperio
et jurisdictione criminali. Volentes in hac parte dicti
eiusdem castri et baiulum eiusdem facere gratiam specia-
lem volumus et concedimus dicto baiulo per privilegium speciale
quod ipse baiulus quicumque sit presens et futurus et eius locum
tenentes habeant exercitium meri imperii et cognitionem
omnium criminum seu delictorum quorumcumque in dicto castro dis-
trictu seu baiulivo eiusdem commissorum seu etiam committendorum
quomodocumque prout melius possit scribi intelligi seu di-
ci. Mandantes firmiter dicto vicario quod de predictis
se minime intromittant quin potius ea fiant per
dictum baiulum qui est et erit pro tempore seu eius
locum tenentes libere exercere. Non intendimus tamen
quin dictus vicarius possit cognoscere de delictis perpetratis
in itineribus publicis in terminis dicti castri et aliis regaliis
que per dictum vicarium tam in locis regiis quam prelatorum
religiosorum hominum et militum et aliorum fuit vicarie ut
jure regalie consueverunt. In cuius rei testimonium hanc
fieri iussimus nostre magestatis sigillo appendicio communitam.
Datum Cesarauguste tertia die Junii anno a nativitate domini
millesimo trecentesimo septuagesimo [illegible] regni vige-
simo quinto. Episcopus Sancti. Sig + num Petri dei gratia
regis Aragonum Valentie Maioricarum Sardinie et Corsice
comitisque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Testes
sunt. Lupus Cesaraugustensis archiepiscopus. frater
Joannes archiepiscopus Tarraconensis. Joannes Eximini
de Urrea. Petrus Ferdinandi domini de Ixar. Eximenus de
Urrea domicellus. Sig + num Jacobi Conesa secretarii
dicti domini regis qui de ipsius mandato hec scribi fecit
et clausit.

3

+

Copia del privillegi
del rei en Pere a ger-
Sanov del terme i ~~[illegible]~~
o renys de vo des i provi-
lers

~~[illegible]~~

Roteiy Biquedera

p.ª [redacted]

9402 U

Roteri Buguera privilegi